

quoque promouerint ; c) *studium Schottelii*, *ministri sui excitauerint*, qui *primus Germanicum sermonem artis Grammaticae formam subire compulit* ; d) *ditio Brunsvicensis multos linguae nostrae Varrones habuerit*, *Georgium Schwarzkopffum*, *Herodoti interpretem* ; *Reinerum Reineccium*, *Meibomium*, *Georgium Engelhardum Loehneifenum Brunsvicensi Duci a consiliis stabuli*, *auctorem Aulico-Politicae*, *Libri sumtuosi ac luculenti in vernacula scripti. Quo vitulo Seckendorffum in dem Fürsten-Staat arasse*, *ipse agnoscit. Taceo nunc alios. Quid? quod e) Duces nostri nouam sacri codicis interpretationem procuraerint*, *quae Lutheri versionem in multis emendauit. A quo tamen instituto remiserunt*, *ne forte plebs, causae ignara, rei nouitate offenderetur (*)*.

CAPVT V.

DESCRIPTIO

politica Regionum Electoratus atque Ducatus Brunsvicensium.

§. I.

Vniuersa gentis *Brunsvicanae ditio tripartita est*, (p. 694. 697. 702.) (l.) *WOLFENBUTTELANA linea* (p. 694.) a) *Guelferbytum*, (p. 694.) b) *Brunsvigam*, (p. 694. sq. 711.) c) *Blanckenburgensem Comitatum*, (p. 695. 715.) d) *Walkenridensem praelaturam* (p. 692. 698.)

(*) *Inter ipsos apanagiatos locum esse primogeniturae iure (a). Quod singularia gentis pacta velint, ad quae solet prouocari (b).*

(a) *Ex instituto MYLERVS de Principib. S. R. I. part. I. c. 22. §. 6. p. 245.*

(b) *AUCTOR APOLOGIAE pro Duce Brunsvicensi, Augusto iuniori lit. E. f. 190.*